Klosterneuburg, 3. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1542
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



28

difficile do etiam si de limo huius terre fecit hominem tale tam corpus et efficere
quod corruptioni non subiaceret. si homo preceptum dei custodiens peccare noluisset.
Si enim speciem celi ipse de nichilo vel de informi materia dicimus factam. quia
omnipotens artificem edimus. quid mirum sic corpus quod de limo qualiscumque factum est
potuit ab omnipotente artifice tale fieri. ut nulla molestia nulla indigentia
cruciaret hominem ante peccatum. nulla tabescere corruptione. Itaque supflue
querunt unde hominis corpus dominus fecerit. si tamen nec de corporis formatione
dicit. Sic enim non nullos nostrorum intelligere accepi. qui dicunt. postea
quam dictum est finxit dominus hominem de limo terre. Ipsa non addatur ad imaginem et
similitudinem suam quomodo nunc de corporis formatione dicit. Iste autem homo in
tior significabat quando dictum est. fecit dominus hominem ad imaginem et similitu
dinem dei. Si etiam si nunc quoque hominem ex corpore et anima factum intelligimus.
non absurde ipsum limum dicimus. ut non alicuius novi operis inchoatio sed supervenit
insinuatur. diligentior mutatio isto sermone explicetur. Si igitur ut dixi hominem
hoc loco ex corpore et anima factum intelligamus. non absurde ipsa commixtio limi
nomen accepit. Sicut enim aqua tria colligit et conglutinat et connectit quando
eius commixtione limus efficitur. sic anima corporis materiam unificando unum
tamen concrete confirmat. et non permittit labi et resolui. Quod autem scriptum est et insufflavit
in eum spiritum vite. et factus est homo in animam viventem. si adhuc corpus
solum erat animam adiuncta corpori hoc loco intelligere debemus. sive quia
iam facta erat. sed tamquam in ore dei erat. id est in eius virtute vel sapientia. unde
tam non recessit quasi locis separata quando insufflata est. Non enim dominus loco
tinetur. sed ubique que presens est. sive tunc anima facta est quando in illud figmentum
dominus insufflavit spiritum vite. ut illa insufflatio ipsam operationem dei significet. quam
fecit animas in homines spirales potentiae suae. Si autem homo ille qui factus
erat. iam corpus et anima erat. ipsi animae sensus est additus ista insufflatio
ne cum factus est homo in animam viventem. in qua illa insufflatio iusta est
in anima viventem. Non dum tamen hominem
spiralem intelligere debemus qui factus est in anima viventem. sed adhuc animalem.
Tunc enim spiralis effectus est cum in paradiso hoc est in beata vita constitutus
preceptum etiam perfectionis accepit. ut iubebo dei assumeret. Itaque postquam peccavit
recedens a precepto dei. dimissus de paradiso in eo remansit ut aiat